Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

50

aufer a me concupiscentias uentris. & desiderium concubitus ne
apprehendat me. quid aliud dicit. quam ne nos inferas in tempta
tionem. Qui dicit. erue me ab inimicis meis ds. & ab insurgentib:
super me libera me. quid aliud dicit. quam libera nos a malo.
Et si per omnia precationum scārum uerba discurras. quantum
existimo nihil inuenies. quod non ista dominica contineat & conclu
dat oratio. Unde liberum ē. aliis atq: aliis uerbis eadem tamen
in orando dicere. sed non esse deb& liberum alia dicere. Haec
& p nobis & pro nris. & pro alienis atq: ipsis inimicis. sine fluctu du
bitationis oranda sunt. Quamuis alius pro isto. alius pro illo sicut
se habent ppinquitates uel longinquitates necessitudinum. in corde
orantis oriatur aut extollatur affectus. Qui autem dicit. in orati
one uerbi gratia. Dne multiplica diuitias meas. aut da mihi tan
tas quantas illi uel illi dedisti. aut honores meos auge. fac me in
hoc saeculo praepotentem atq: clarentem uel si quid eiusmodi ē.
& haec dicit eorum habens concupiscentiā. Non id attendens ut
ex his scdm dm psit hominib: puto eum non inuenire in oratione
dominica quo possit haec uota aptare. Quamobrem pudeat
saltim p&ere. quae non pud& cupere. Aut si & hoc pud& sed cupi
ditas uincit. quanto melius hoc p&itur. ut & iam ab isto cupiditatis
malo liber&. Cui dicimus libera nos a malo. Habens quantum
arbitror. Non solum qualis ores. uerum & iam quid ores. Non me
docente sed illo qui omnes nos docere dignatus ē. Beata uita quae
renda ē. haec a dno dō p&enda. Quid sit beatum esse. a multis
multa sunt disputata. Sed nos ad multos & ad multa ut quid dicimus.
breuiter in scriptura dī ueraciter quae dictum ē. Beatus populus.
cuius ē dns ds ipsius. In ipso populo ut simus atque ad eum contem
plandum. & cum eo sine fine uiuendum peruenire possimus. finis prae
cepti est caritas de corde puro. & conscientia bona. & fide non
ficta. In eisdem trib: p conscientia bona spes posita ē.